

est dubium. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo Papa: Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta ut præter commixtionem sexuum non habeat in se Christi & Ecclesie sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item Augustinus (Lib. de bono conjug. cap. xviii.) Non est perfectum conjugium sine commixtione sexuum. Hoc si secundum superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum ut dicat: sine carnali copula non posse contrahi matrimonium, & inter Mariam & Joseph non fuisse conjugium, vel non fuisse perfectum; quod nefas est sentire. Tanto enim sanctius fuit, atque perfectius, quanto a carnali opere immunius. Sed superius posita, ea ratione dicta intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium cum qua non est permixtio sexuum; sed non pertineat ad figuram conjunctionis Christi & Ecclesie. Figuratur enim illam unionem Christi & Ecclesie quæ est in charitate; sed non illam quæ est in naturæ conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus conjunctionis Christi & Ecclesie; sed illius tamen qua Ecclesia Christo charitate unitur, non illius qua per susceptionem carnis capiti membra ununtur. Nec ideo tamen minus sanctum est conjugium; quia, ut ait Augustinus (loc. cit.) in nuptis plus valet sanctitas sacramenti quam fœcunditas ventris. Est etiam conjugium signum spiritualis conjunctionis, & dilectionis animorum, qua inter se conjuges uniri debent; unde Apostolus ait (Ephes. v.) Viri diligite uxores vestras ut corpora vestra.

DIVISIO TEXTUS.

- Secundo. Utrum nunc sit in præcepto.
- Tertio. Utrum actus ejus sit licitus.
- Quarto. Utrum possit esse meritum.

ARTICULUS I.

Utrum matrimonium sit naturale.

III. cont. Gent. cap. cxxiii.

Postquam determinavit Magister de Sacramento ordinis, quod ordinatur ad spiritualem multiplicationem Ecclesie; hic incipit determinare de matrimonio; quod ordinatur ad materialem multiplicationem fidelium: & dividitur in partes duas. In prima determinat de matrimonio; in secunda de personis contrahentibus matrimonium, xxxiv. dist. ibi: *Nunc superest attendere quæ personæ sint legitime ad contrahendum matrimonium.* Prima in duas. In prima determinat ea quæ pertinent ad matrimonium; in quantum est sacramentum; in secunda determinat causas matrimonii, xxvii. distinct. ibi: *Post hoc advertendum est quid sit conjugium.* Prima in duas. In prima determinat de institutione matrimonii; in secunda significationem ipsius: hæc enim duo omnibus sacramentis communia sunt, ibi: *Cum alia sacramenta, &c.* Circa primum tria facit. Primo ostendit duas matrimonii institutiones. Secundo ostendit differentiam illarum, ibi: *Prima institutio habuit præceptum.* Tertio excludit quemdam errorem qui potest ex prædictis habere occasionem, ibi: *Fuerunt autem nonnulli heretici nuptias detestantes.* Circa secundam duo facit. Primo ostendit differentiam inter secundam institutionem & primam per hoc quod prima fuit in præcepto, secunda habuit (1) indulgentiam. Secundo ostendit qualiter hæc indulgentia sumatur, ibi: *Indulgentia autem diversis modis accipitur.* Circa tertiam duo facit. Primo ostendit quod conjugium sacramentum sit, sacram signum est, & sacra rei. Hic determinat de significatione matrimonii, & circa hoc duo facit. Primo determinat matrimonii significationem. Secundo excludit quamdam falsam opinionem, quæ ex prædictis ortum habuit, ibi: *Inde est quod quidam doctorum dixerunt illam mulierem non pertinere ad matrimonium quæ non experitur carnalem copulam.* Circa quod tria facit. Primo ponit illa quæ videntur esse pro dicta opinione. Secundo ostendit opinionem esse falsam, ibi: *Hoc ergo a secundum verborum superficiem quis acceperit, inducitur in errorem.* Tertio respondet ad probationem, ibi: *Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est &c.*

QUÆSTIO I.

Hic est duplex quæst. Prima de matrimonio secundum quod est in officium naturæ. Secunda de eo secundum quod est sacramentum. Circa primum queruntur quatuor. Primo. Utrum matrimonium sit naturale.

(1) Al. indignationem.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Uno modo sicut ex principiis nature ex necessitate causatum; ut moveri sursum est naturale igni &c. & sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum quæ mediante libero arbitrio

trio complentur. Alio modo dicitur naturale ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur, sicut actus virtutum dicuntur naturales; & hoc modo etiam matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primo quantum ad principalem ejus finem, qui est bonum proles: non enim intendit natura solum generationem ejus, sed traductionem, & promotionem usque ad perfectum statum hominis, in quantum homo est, qui est virtutis status. Unde secundum Philosophum (VIII. Ethic. cap. xi. vel xiiii.) tria a parentibus habemus, scilicet esse, nutrimentum, & disciplinam. Filius autem a parente educari, & instrui non posset, nisi determinatos & certos parentes haberet; quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quæ matrimonium facit. Secundo quantum ad secundarium finem matrimonii, qui est mutuum obsequium sibi a conjugibus in rebus domesticis impensum. Sicut enim naturalis ratio dicitur ut homines simul cohabitent, quia unus homo non sufficit sibi in omnibus quæ ad vitam pertinent, ratione cujus dicitur homo naturaliter politicus; ita etiam eorum quibus indiget ad humanam vitam, quædam opera sunt competentia viris, quædam mulieribus: unde natura monet ut sit quædam associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium. Et has duas causas ponit Philosophus in VIII. Ethic. (cap. xii. vel xiv.)

Ad primum ergo dicendum, quod natura hominis ad aliquod inclinat dupliciter. Uno modo quia est conveniens naturæ generis; & hoc est commune omnibus animalibus: alio modo quia est conveniens naturæ differentie, quæ species humana abundat a genere, in quantum est rationalis, sicut actus prudentie, & temperantie. Et sicut natura generis quamvis sit una in omnibus animalibus, non tamen est eodem modo in omnibus: ita etiam non inclinat eodem modo in omnibus, sed secundum quod unicuique competit. Ad matrimonium ergo inclinat natura hominis ex parte differentie quantum ad secundam rationem assignatam: unde Philosophus hanc rationem assignat hominibus supra alia animalia. Sed quantum (1) ad primam rationem inclinat ex parte generis: unde dicit, quod filiorum procreatio communis est omnibus animalibus. Tamen ad hoc non inclinat eodem modo in omnibus animalibus, quia quædam animalia sunt quorum filii statim nasci possunt sibi sufficienter victum querere, vel ad quorum sustentationem alter sufficit; & in his non est aliqua determinatio masculi ad feminam. In illis autem quorum filii indigent utriusque sustentatione sed ad parvum tempus, inveniunt aliqua determinatio quantum ad tempus illud, sicut in avibus quibusdam patet. Sed in homine, quia indiget filius cura parentum usque ad magnum tempus, est maxima determinatio masculi ad feminam, ad quam etiam natura (2) generis inclinat.

Ad secundum dicendum, quod verbum Tullii potest esse verum quantum ad aliquam gentem, si tamen accipiatur principium proprium ipsius generis per quod ab aliis gentibus est distincta, quia non in omnibus perducitur ad effectum hoc ad quod naturalis ratio inclinat: non autem est verum universali, quia a principio humani generis sacra Scriptura recitat fuisse conjugia. Ad tertium dicendum, quod secundum Philosophum in IV. Sent. Tom. V. (c) (1) Al. ad potentiam, rationem. (2) Al. genus. (3) Al. personale: item personæ. (4) Vulgata Quod ergo Deus conjunxit.

phum in VI. Ethicor. natura humana non est immobilis; sicut divina: & ideo diversificantur ea quæ sunt de jure naturali, secundum diversos status, & conditiones hominum; quamvis ea quæ sunt in rebus divinis naturaliter nullo modo variantur.

Ad quartum dicendum, quod natura non tantum intendit esse (3) in prole, sed esse perfectum; ad quod exigitur matrimonium, ut ex dictis patet.

ARTICULUS II.

Utrum matrimonium adhuc maneat sub præcepto.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod matrimonium adhuc maneat sub præcepto. Quia præceptum obligat quamdiu non revocatur. Sed prima institutio matrimonii fuit sub præcepto, ut in littera dicitur; nec unquam hoc præceptum legitur revocatum, immo confirmatum Matth. xix. 6. (4) Quos Deus conjunxit, homo non separet. Ergo adhuc matrimonium est sub præcepto.

2. Præterea. Præcepta juris naturalis secundum omne tempus obligant. Sed matrimonium est de jure naturali, ut dictum est. Ergo &c.

3. Præterea. Bonum speciei melius est quam bonum individui: quia bonum generis est divinius quam bonum unius hominis, ut dicitur in I. Ethic. cap. 1. Sed præceptum primo homini datum ad conservationem individui per actum naturæ, adhuc obligat. Ergo multo magis præceptum de matrimonio, quod pertinet ad conservationem speciei.

4. Præterea. Ubi manet eadem ratio obligans, eadem obligatio manere debet. Sed propter hoc obligabantur homines ad matrimonium antiquo tempore, ne multiplicatio generis humani cessaret. Cum ergo hoc idem sequatur, si quilibet libere potest a matrimonio abstinere, videtur quod matrimonium sit in præcepto.

Sed contra est quod dicitur I. Corinth. vii. 37. Qui non jungit matrimonio virginitatem suam, melius facit, scilicet quam qui jungit. Ergo contractus matrimonii nunc non est sub præcepto.

Præterea. Nulli debetur præmium pro transgressione præcepti. Sed virginibus debetur speciale præmium, scilicet aureola. Ergo matrimonium non est sub præcepto.

SOLUTIO.

Respondet dicendum, quod natura inclinat ad aliquid dupliciter. Uno modo sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem unius; & talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo inclinat ad aliquid quod est necessarium ad perfectionem multitudinis; & cum multa sint hujusmodi, quorum unum impedit aliud, ex tali inclinatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti; alias quilibet homo obligaretur ad agriculturam, & ædificatoriam, & hujusmodi officia, quæ sunt necessaria communioni humanæ: sed inclinationi naturæ satisficit cum per diversos diversa complentur de prædictis. Cum ergo ad perfectionem humanæ multitudinis sit necessarium aliquos contemplative vitæ inservire, quæ maxime per matrimonium impeditur, inclinatio naturæ ad matrimonium non obligat per modum

(præ-

(1) Al. ad potentiam, rationem. (2) Al. genus. (3) Al. personale: item personæ. (4) Vulgata

Quod ergo Deus conjunxit.

praecepti, etiam secundum Philosophos: unde Theophrastus ( apud Hieronymum Lib. I. contra Jovin. cap. xlviii. ) probat quod sapienti non expedit nu- bere.

Ad primum ergo dicendum, quod praeceptum illud non est revocatum; nec tamen obligat unumquem- que ratione iam dicta, nisi illo tempore quo pau- citas hominum exigebat ut quilibet generationi vacaret.

Ad secundum, & tertium patet solutio ex dictis.

Ad quartum dicendum, quod natura humana com- munitur ad diversa officia, & actus inclinatur, ut dic- tum est. Sed quia est diversimode in diversis, se- cundum quod individuatur in hoc, vel in illa, unum magis inclinatur ad unum illorum officiorum, aliud ad aliud: & ex hac diversitate simul cum divina pro- videntia, quae omnia moderatur, contingit quod unus eligat unum officium, ut agriculturam, aliud aliud; & sic etiam contingit quod quidam eligant matri- monialem vitam, & quidam contemplativam. Unde nullum periculum imminet.

ARTICULUS III.

Utrum actus matrimonialis semper sit peccatum.

1. **A**D tertium sic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis semper sit peccatum. **I. Co- rinth. vii. 29. (1) Qui nubunt, sicut tanquam non nuben- tes.** Sed non nubentes non habent actum matrimo- nialem. Ergo etiam nubentes peccant in actu illo.

2. Praeterea. **Isaia xlix. 21. Iniquitates vestrae di- viserunt inter vos & Deum vestrum.** Sed actus matri- monialis dividit hominem a Deo: unde **Exod. xix. 11.** praecipitur populo qui debebat Deum videre, quod non accedat ad uxores suas: & Hieronymus dicit (epist. xi.) quod in actu matrimoniali Spiritus Sanctus Prophetarum corda non tangit. Ergo est iniquitas.

3. Praeterea. Illud quod secundum se est turpe, nullo modo potest bene fieri. Sed actus matrimonialis habet concupiscentiam adjunctam, quae semper turpis est. Ergo semper est peccatum.

4. Praeterea. Nihil excusatur nisi peccatum. Sed actus matrimonialis indiget excusari per bona matri- monii, ut Magister dicit. Ergo est peccatum.

5. Praeterea. De similibus specie idem est judi- cium. Sed concubitus matrimonialis est ejusdem spe- cie cum actu adulterii, quia ad idem terminatur, scilicet speciem humanam. Ergo cum actus adulterii sit peccatum, & actus matrimonii.

6. Praeterea. Superfluum in passionibus corrup- pit virtutem. Sed semper in actu matrimonii est su- perfluitas delectationis, quae quod absorbet ratio- nem, quae est principale hominis bonum; unde Philo- sophus in VII. Ethic. (cap. xi. vel xiv.) dicit, quod impossibile est hominem aliquid in ipsa intelligere. Ergo semper actus matrimonialis est peccatum.

Sed contra. **I. Corinth. vii. 36. Virgo non peccat, si nubat: & I. Thimoth. vi. 14. Volo etiam juvenitilas nube- re, si non procreare.** Sed procreatio filiorum non potest fieri sine carnali conjunctione. Ergo actus matrimo- nialis non est peccatum; alias Apostolus non vo- luisset illud.

1. Praeterea. Nullum peccatum est in praecepto. Sed actus matrimonialis est in praecepto. **I. Corinth. vii. 3. Uxori vir debitum reddat.** Ergo non est peccatum.

(1) *Vulgata: Ut & qui habent uxorem, tanquam non habentes sint.* (2) *Vulgata: juniores.*

ARTICULUS IV.

Utrum actus matrimonialis sit meritorius.

1. **A**D quartum sic proceditur. Videtur quod actus matrimonialis non sit meritorius. **Chrysostomus enim dicit super Matth. Auctor. oper. impert. hom. 1. Matrimonium etsi utentibus se poenam non infert, mercedem tamen non prestat.** Sed meritum respectu mercedis dicitur. Ergo actus matrimonialis non est meritorius.

2. Praeterea. Illud quod est meritorium dimittere non est laudabile. Sed laudabilis est virginitas, per quam matrimonium dimittitur. Ergo matrimonialis actus non est meritorius.

3. Praeterea. Qui utitur indulgentia sibi facta, beneficio recepto utitur. Sed ex hoc quod alicui præs- tatur beneficium, non meretur. Ergo actus matrimo- nialis non est meritorius.

4. Praeterea. Meritum in difficultate consistit, sicut & virtus. Sed actus matrimonialis non habet dif- ficultatem, sed delectationem. Ergo non est merito- rius.

5. Praeterea. Illud quod non potest fieri sine pec- cato veniali, nunquam est meritorium; quia non potest homo simul mereri, & demereri. Sed in actu matrimoniali semper est peccatum veniale: quia etiam primitus motus in hujusmodi delectatione est pecca- tum veniale. Ergo actus praedictus non potest esse me- ritorius.

Sed contra. Omnis actus in quo impletur praecep- tum, est meritorius, si ex charitate fiat. Sed actus matri- monialis est hujusmodi: quia dicitur **I. Corinth. vii. 3. Uxori vir debitum reddat.** Ergo &c.

3. Praeterea. Omnis actus virtutis est meritorius. Sed actus praedictus est actus justitiæ, quia dicitur reddi- tum debiti. Ergo est meritorius.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod cum nullus actus ex deliberata voluntate procedens sit indifferens, ut in II. Lib. (dist. xl. quæst. unid. art. 5.) dictum est, actus matrimonialis semper est peccatum, vel me- ritorius in eo qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimonialem virtus inducatur, vel justitiæ, ut debi- tum reddat, vel religionis, ut proles ad cultum Dei procreetur, est meritorius. Si autem moveat libido sistens infra bona matrimonii, ut scilicet nullo modo ad aliam accedere vellet, est peccatum veniale. Si au- tem extra bona matrimonii efferatur, ut scilicet cum quadamque muliere id facere proponeret, est pecca- tum mortale. Natura autem movere non potest quin vel ordinetur ratione, & sic erit motus virtutis; vel non ordinetur, & sic erit motus libidinis.

Ad primum ergo dicendum, quod quod dicitur merendi quantum ad premium substantiale, est ipsa charitas; sed quantum ad aliquid accidentale, premium ratio meriti consistit in difficultate actus; & sic actus matri- monii non est meritorius, sed primo modo.

Ad secundum dicendum, quod homo potest mere- ri in minoribus bonis, & in majoribus; unde quando aliquis minoribus bonis dimittit, ut majora faciat, lau- dandus est minus meritorio actu discedens. **Ad tertium dicendum, quod indulgentia quando- que est de minoribus malis; & sic indulgetur quibus matrimonii prout ad ipsam movet libido carnalis; rimi- nos matrimonii consistens, sic enim est veniale pec- catum;** sed prout ad ipsum movet virtus, ut est me- ritorius, non habet indulgentiam nisi secundum quod est indulgentia de minoribus bonis, quae idem est quod concessio. Nec est inconveniens quod ille qui tali concessione utitur, mereatur; quia bonus usus beneficiorum Dei meritorius est.

Ad quartum dicendum, quod difficultas laboris requiritur ad meritum praemii accidentalis; sed ad me- ritum praemii essentialis requiritur difficultas consis- tens in ordinatione medii; & hoc est etiam in actu matrimoniali.

Ad quintum dicendum, quod primus motus, se- cundum quod dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali; & ideo ratio non se- quitur.

Ad quintum dicendum, quod primus motus, se- cundum quod dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali; & ideo ratio non se- quitur.

QUÆSTIO II.

**D**inde queritur de matrimonio secundum quod est sacramentum: & circa hoc queruntur qua- tuor.

1. **Primo.** Utrum sit sacramentum.

2. **Secundo.** De institutione ipsius.

3. **Tertio.** De effectu.

4. **Quarto.** De integritate.

ARTICULUS I.

Utrum matrimonium sit sacramentum.

1. **A**D primum sic proceditur. Videtur quod ma- trimonium non sit sacramentum. **Omne enim sacramentum novae legis habet aliquam formam quae est de essentia sacramenti.** Sed benedictio quae fit per sacerdotes in nuptiis, non est de essentia matri- monii. Ergo non est sacramentum.

2. Praeterea. Sacramentum secundum **Hegonem** (Lib. I. de sacram. part. ix. cap. l. i.) est materia- lelementum. Sed matrimonium non habet pro materia aliquid materiale elementum. Ergo non est sacra- mentum.

3. Praeterea. Sacramenta habent efficaciam ex pas- sione Christi. Sed per matrimonium non conformatur homo passioni Christi, quae fuit poenalis; cum ha- beat delectationem adjunctam. Ergo non est sacra- mentum.

4. Praeterea. Omne sacramentum novae legis efficit quod figurat. Sed matrimonium non efficit conjunc- tionem Christi & Ecclesiae quam significat. Ergo ma- trimonium non est sacramentum.

5. Praeterea. In aliis sacramentis est aliquid quod est res, & sacramentum. Sed hoc non potest inveniri in matrimonio, cum non imprimat characterem, alias non iteraretur. Ergo non est sacramentum.

6. Praeterea. In aliis sacramentis est aliquid quod est res, & sacramentum. Sed hoc non potest inveniri in matrimonio, cum non imprimat characterem, alias non iteraretur. Ergo non est sacramentum.

7. Praeterea. In aliis sacramentis est aliquid quod est res, & sacramentum. Sed hoc non potest inveniri in matrimonio, cum non imprimat characterem, alias non iteraretur. Ergo non est sacramentum.

8. Praeterea. In aliis sacramentis est aliquid quod est res, & sacramentum. Sed hoc non potest inveniri in matrimonio, cum non imprimat characterem, alias non iteraretur. Ergo non est sacramentum.

9. Praeterea. In aliis sacramentis est aliquid quod est res, & sacramentum. Sed hoc non potest inveniri in matrimonio, cum non imprimat characterem, alias non iteraretur. Ergo non est sacramentum.

In IV. Sent. Tom. V.